



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

Præfatio Exhortatoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

# P R Æ F A T I O

## E X H O R T A T O R I A .

**V** T elementa exordij sermonū  
Dei, Beat. Virginis noua pro-  
les in scholā iustitiæ ingressa  
perdiscat Fratres nostri, qua-  
si modò geniti infantes, ratio-  
nabiles, sine dolo, dulcissimum lac matris amā-  
tissime concupiscant.

2 Auidos quippe suauissima illius eruditionis  
animos feliciter progressuros desideria pri-  
mum concepta demonstrant: ut spe gaudetes  
perfectionis Christianæ cursum tātò alacrius  
arripiant, quanto maiora confidunt.

3 Quid autem maius, vel sperari, vel mente  
concipi possit, quàm sub auspicijs Reginae calo-  
rum serenissima, quæ post virtū filij sui primo-  
geniti, fratres nostros secundo genitos virgi-  
neo partu, in Congregationis nostræ lucem e-  
didit, viam salutis carpere, & ad regnum fe-  
stinare?

4 Profectò spes animos exhilarat, ut exul-  
tēt ad percurrendā viā optatissimæ Hierusa-  
læ, quæ aedificatur ut Ciuitas, auo sempiterno,  
A perman-

permissura: nec ulla letitia causa uberior esse potest, quã in exilio Babylonis, è cuius salicibus organa suspenduntur, quasi nullum unquam letitia sonum redditura firmitudine sp̄i, quo soluendos compeditos pollicetur, ad superna uocationis brachium animari.

5 At ut fratres nostri se ad futura, pro regno certamina cõparent, opus est, rerũ gerendarũ se præmeditatione disponãt: animaduertere quippe debent, quo è statu eruti in quem statũ asserti fuerint, & in quem demum statũ aspirerent: quid ab eis clementissimis Deus ad ruinã culpã reparandã, & quod moluntur, ædificium absoluendum exquirat.

6 Gratis nempe vocati gratiam pro supplicio receperunt, at aequissimus Deus, qui solus cepit opus bonum sedulitatem multam ab eis requirit, ut unã cum ipsis opus cõceptum perficiat: qui enim sine operibus gratiam indulsit, non nisi pro bonis operibus premium cœlestē rependet.

7 Iuxta consiliũ ergo Magni Præceptoris, fratres nostri semetipsos introspiciant, sumptus, qui ad opus perficiendum necessarij sunt computaturi & partes hominis per culpã lapsi, auxilio gratiã reparãdi perspicaciter explorẽt.

8 Communis quippe vniuersorum hominum, quid

qui è culpa morte ad vitam gratia diuine re-  
surgunt, conditio est, ut licet mente seruiant  
logi Dei, carne seruiant legi peccati: quibus  
verbis Apostolus de se ipso agens usus est, ut  
inferiorem hominis partem à superiore dis-  
cerneret.

9 Postquam enim Adam prolapsus in culpam  
originalis iustitia, vincula, quae hominis par-  
tes in officio coniuebant, infeliciter dissoluit;  
quicumq; ad statum gratia suscitantur, tam-  
etsi quod ad superiorem hominis partem, in-  
tellectum scilicet, ac voluntatē spectat, refor-  
mētur, ut aeternae legis rationes intelligere, ac  
diligere possint. partem tamē inferioris, quae se-  
sibus, tum internis, tum externis, & appeti-  
tu sensitivo constat, rebellionē vexantur, quā  
sensit Apostolus aiens. Sētio in membris meis  
aliam legem repugnantem legi mentis meae.

10 Hac palaestra est in quā fratres nostri exu-  
entes veterem hominem, & Spiritus sancti  
unctione delibuti lactaturi descēdunt; ut sui  
partem inferiorem turpiter deformatam,  
coelesti auxilio, ac labore multo, ad superioris  
partis praescripta reforment.

11 Opus certe arduū, quod & interno, & ex-  
terno conflictu peragēdum est dum homo sibi  
ipsi bellū indicit, & ad passiones proprias ex-  
pugnans.

pugnādas, virtutes exquirēdas, sensus ab imaginibus creaturarum repurgandos armatur.

12 Caterum merces amplissima est, qua illum quoq; mouere potuit, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem quo nihil in hoc genere sublimius, vel efficacius dici potest.

13 Quapropter miles nouus spectante mercedis erectus, timorem quemuis obrepente excutiat; & idē, quod olim Abrahā, modō sibi oraculū redditum existimet: Noli timere Abrahā: ego protector tuus sum, & merces magna nimis.

14 Non poterūt sanē milites ignauē cisternā Bethlehēni aquā purissimam haurire, hoc est, ad honestissimum Virginis filium, fontē aquae viuae, peruenire: qui per media obstārum inimicorum castra non audacter irrumpunt.

15 Fortissimē igitur, pro tanto honore, sub protectore tāto, ad operis arduitatem superantē animus erigēdus, & rerū excelsarum cogitatione incitandus est, ne quid ex propria fragilitate formidet.

16 Nihil. n. Christi militibus ad grādia vocatis timore peius nocere, aut cōpendiosius magnanimitate prodesse potest: timor quippe innumera Israelis millia Aegypto dedita cōsumpsit; magnanimitas verō paucos pluribus me-

fiores

liores inferacissimam promissionis terram inuexit.

17 Qui ergo recenseri cupiunt inter paucos illos qui contendunt intrare per angustam portam, arctamq<sup>2</sup> viam, quæ ducit ad vitam, multa expeditione conficere, ipso proposito astringuntur ad ignauiam omnem depellendam, & more sexaginta fortium Israel, enses ad prælia distringendos.

18 Qui vicerit, accipiet calculum candidum ineffabili quodam nomine inscriptum, quod erit æternum partæ nobilitatis monumentum: & in regione viuorū, qui exultant perēniter in gloria, & letantur in cubilibus suis cōparabit damnum abiq<sup>2</sup> tributo: non enim erit amplius neq<sup>2</sup> luctus, neq<sup>2</sup> clamor, neq<sup>2</sup> dolor erit ultra, quia vetera transierunt.

19 Transit nēpe labor multitudinis, & remanet pax vnitatis, quam fidelia corda requirunt: momētaneū quippe hoc, & leue tribulationis nostræ æternum gloria pondus operatur in cœlis (aiente Iesu Christo,) qui est pax, & gloria nostra: Vos qui secuti estis me, centuplū accipietis, & vitam æternam possidebitis.

20 Hæc sūt verba quæ Monachis claustra replēt deserta Anachoretis: hæc sunt verba quæ Aegyptū expoliāt, & optima quæq<sup>2</sup> eius vasa diripiunt:

diripiunt: hic sermo viuus, & efficax cōuer-  
tens animas felici emulatione sanctitatis, &  
veritatis promissione fideli.

21 Et terra igitur sæculi deserta, loco horroni  
& vasta solitudinis euocati Fratres nostræ  
super excelsum Religionis terram, ut com-  
dant fructus agrorum, & sicut mel de pe-  
tra uia, constituti, propositam instructionem  
attentissimè legant, & obseruent.

22 Habent enim ad capita certa redactam  
doctrinam omnem, quæ ad claustræ disciplinæ  
spectat, passionum, tentationum, virtutum  
vitiatorum donorum Spiritus sancti fructuum  
beatitudinum, orationis, deuotionis, ac deu-  
exercitiorum, quibus instituti nostri perfecti  
paratur: Vt quamuis iuniores fratres librorum  
aliorum lectione carerent, satis hinc institu-  
tionis, ad explenda nostræ status officia possent  
haurire.

23 Quamobrè sepositis curis alijs, quæ minime  
profunt, huc omnes vires animi cogant & pro  
ostensam eis viam ad Christiana perfectionis  
fastigium sub Iesu Christi D. N. ac Beatæ  
Virginis vexillo festinent.